Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1461
Quelle:
Copyright:

VIII. *fol.* 11. p. 2. *Responsio ad argucias Monachales.* Infit: *Quidam doctor vtinam veritatis nititur impugnare* &c. *Cod.* CCCXL. inscribitur: *Responsio ad XLIV. Questiones.*

IX. *fol.* 24. *De quatuor interpretationibus.* Infit: *Quod clerus regni anglie secundum ordinacionem* &c. ut alibi.

X. *fol. eod.* p. 2. *De Amore.* Infit: *Quidam fidelis in domino querit caritative* &c. *Cod.* CCCLXXXIV. in titulo addit: *sive de quintuplici questione.*

XI. *fol.* 25. *De fundacione sectarum.* Infit: *Motus sum per quosdam virtutis amicos* &c. ut alibi.

XII. *fol.* 37. *De perfectione statuum.* Ita in calce. Infit: *Cum viantes et fratres specialiter contendunt* &c. ut *Cod.* CCCCIV. ubi inscribitur: *De minoribus fratribus se extollentibus.*

XIII. *fol.* 43. *De Fide catholica.* Ita in calce. Infit: *Suppositis dictis de fide tam in symbolo* &c. *Cod.* mox *cit.* inscriptum *de Ecclesia.*

XIV. *fol.* 53. *de Symonia.* Infit: *Post generalem sermonem de heresi restat* &c. Praeeunt Argumenta Capitum ut alibi.

XV. *fol.* 77. *de Eucharistia.* Prooemium infit: *Sententia tractatus de Eukaristia in compendio sic habetur* &c. ut *Cod.* CCCLXXXIV. Sequitur Dissertatio in illud: *Mulierem fortem* &c. ut *Cod.* CCCLXXXVIII. et tum demum Index in Tractatum *de Eucharistia.* Toto Codice *Wiclefi* nomen non comparet; ita vel cauti, vel ignorantes erant Librarii bohemi.

Ad compingendum adhibita est Membrana, in qua *Barnim dux Stetynensis prepositus ecclesie sancti petri in Melnico Pragen. dioc.* procuratorem constituit in Curia Romana *Vlricum Rudigerum de Sultzpach Ratisbonens. et S. Petri in Melnico Ecclesiar. Canonicum* ad litem, quam habet cum *nobilibus Viris Wilhelmo de Hazmburg residente in libycchowicz, Sbyncone filio ipsius occupatore dicte prepositure Melnicen. Nicolao de Budyna, Stiborio de Genijssowicz et Marssone dicto Hospozin clientibus et Wenceslao dicto Silberz de Kladrubecz, et Wenceslao de Mlczccwost judicibus*, anno 1390. Indict. 13. die 21. Jun. Pontificatus *Bonifacii* IX. anno primo. *In castro contiguo ciuitati Grecen. Greczregine dicto.* Testes *nobiles et strenui milites Hanco de Czeczelicz, et Petrus Herink de Tanczenberg*, et *Nicolaus dictus Karras* Can. Melnic. Notarius *Crux natus quondam Benedicti de Miliczin clericus Pragen. dioc.*

CCCLXXXVII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 153. 4. probe scriptus sequentia continet *Job. Wiclefi* Opera: I. praecedente Capp. Conspectu Tractatum *de Simonia*, cujus initium: *Post generalem sermonem de heresi restat de eius partibus pertractandum* &c. Ut 93a